Quantitates proportionales, quantum ad partem posteriorem.

Prima,	secunda,	tertia,	quarta,
8 se. + 4 pri. ,	3 ra. + 4 N ,	8 ter. — 4 ra. ,	$\frac{6 \text{ ter.} + 8 \text{ se.}}{2 \text{ pri.}}$ &cæ.

RESOLVTAE SECVNDVM VALORES QVANTITATVM.



PROBATIO SEV EXAMEN.

Probantur huius regulę exempla per numerũ loco radicis pro arbitrio sumptũ. si per eius quantitates, singulæ propositi exempli quantitates solutæ fuerint. Hoc autem apparet in exemplo præmisso ultimo, cuius quidem numeros characterum singulos, primò per numerum binarium, secundò deinde per tertiam unitatis partem solutos fuisse uides.

SIMILI MODO ET IN FRACTIONIBVS EXEMPLA proponi possunt.

$\frac{3}{4}$ ra. ualent $\frac{4}{5}$,	quanti $\frac{1}{3}$ se.	Facit $\frac{16 \text{ N}}{45 \text{ pri.}}$
$\frac{2}{3}$ ra. ualent $\frac{4}{9}$ $\frac{\text{pri.}}{\text{N}}$	quan. $\frac{9}{13}$ $\frac{\text{N}}{\text{se.}}$	Facit $\frac{6}{13}$ $\frac{\text{N}}{\text{pri.}}$

NVNC DE AEQVATIONIBVS,

QVAE IN SOLVENDIS EXEMPLIS, MVLTIfariam sese offerunt, dicendum erit.

AEquatio, ut hoc loco sumitur, prout etiam ipsius uocabuli ἔτυμον indicat, est, ubi duæ res uel quantitates inter se æquales esse proferuntur. Et quoniam per has Algebræ regulas obscura numerorum explicantur ænigmata, quæ quidem ubi secundum conditiones suas atq; hypotheses, per has regulas examinata fuerint, accidit tandem, ut aliquot quantitates, unà cũ suis numeris, inter se æquentur. Quæ quantitatum collatio